



Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XII. An mulier poßit esse testis in criminalibus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

adhuc propendeam in communem alteram tamen non rejicio.

QVÆSTIO XII.

An mulier possit esse testis in criminalibus?

IN ciuilibus etiam grauibus (v.g. in matrimonio) mulierem, cui nihil nisi sexus obstat, esse testem integram & omni exceptione maiorem tradit Decius, *conf. 342. col. 2.* In criminalibus, quodque, si ciuilitate ageretur, etiam canonico iure illam testem esse posse multi censent. Decius in l. *femina nu. 34. de reg. iur. Clarus §. fin. quest. 24. num. 3. Farinac. quest. 59. à num. 1.* item si ex officio de crimine inquiratur. Vide Farinac. *supra numero 9.* Si vero non inquiratur ex officio, & agatur criminaliter Canonico iure mulierem repelli constat in criminibus non exceptis, *cap. mulierem 33. quest. 5. cap. forus §. testes, & vers. significat. in cap. tam litteris. de testibus. Abb. Felin. & Decius in cap. quoniam de testibus. Masil. conf. 22. num. 1. conf. 59. num. 9. conf. 101. num. 8. conf. 130. num. 34. Onded. conf. 100. num. 24. nisi crimen foret huiusmodi, vt eius veritas aliter quam mulieres haberi non posset. Sic post Masil. Al. a & Decian Baiardus ad Clarum *quest. 24. num. 9.* In exceptis autem admitti illo iure, receptum, *ex cap. tanta de simon. vbi Anan. Auser. Crotus. & Nepos in tractat. de testibus Petr. Leonas regul. 315. Imol. & Boyck in d. cap. quomodo. Al. x. conf. 11. numer. 3. cum alijs apud Farinac. 1. q. 59. numer. 10. & de crimine maleficijs expresse, Rodin. lib. 4. Demon. ca. 4.**

De iure ciuili, & in praxi curiarum sæcularium in omnibus criminalibus mulier si (aliud non obstat) recipitur ad testimonium dicendum. *l. ex eo D.*

A de testibus *cap. ex eo. 15. quest. 3. gloss. ibi & in d. cap. forus §. fin. communem testatur Alexand. conf. 11. num. 18. libr. 1. & conf. 115. col. pen. libr. 4. Socin. conf. 54. col. 2. lib. 3. Bonifac. vii al. tit. de testam. num. 35. & 37. Stephanus Auser. tractat. de testibus num. 69. Nepos ibid. n. 66. Crotus ibid. rub. in caus. criminal. qui testem. admitt. num. 49. Gigas vbi supra. quomodo per quos *quest. 6. Clarus §. fin. quest. 24. num. 2. Farinac. d. loco num. 17. de Italia, etiam in Ditionibus Ecclesia hanc praxim obtinere testatur Alex. conf. 24. vol. 2. Grammar. conf. 12. nu. 7. Baiard. addition. ad Clarum *quest. 21. n. 20. & ad quest. 24. num. 8. de Francia praxi satis locuples testis, quia de fidei re non agitur est præsatus Bodinus.***

B Hæc indubitata de pluribus feminis complicibus; nam si vnica esset, sociam criminis à nominatione repellendam putarem: quia tunc præter sexum alium patitur defectum, nempe infamiam; infamem vero mulierem audiri non docemur, *l. qui testamentum §. mulier D. de testam. vbi Barthol. & Imo. vel quia simul pauper & vilis. Dec. conf. 310. nu. 5. Ioan. de amicis. conf. 87. num. 8. & 9. Paris. conf. 152. nu. 17. in lib. 4. Grammar. conf. 26. num. 23. & conf. 58. n. 10. Roland. conf. 24. nu. 64. & seqq. lib. 1. Berta. 201. conf. 3. nu. 6. Onded. conf. 100. num. 18. & multo magis si foret minor annis viginti. arg. *l. in testimonium. D. de testibus. Alex. conf. 64. colum. 1. num. 1. Bertazz. conf. 3. num. 5.**

D Dixi, si vnica esset: nam numerus alios defectus potest supere. *supr. ad q. 1.*

(2)

E

